

Rome, 12 janvier 1602.

1 / Ser<sup>me</sup> Princeps.

Quod Serenitas vestra oratori suo, ad Summum Pontificem misso  
dederit in mandatis, ut meam quoque humilitatem inviseret, gratias  
ago maximas tum ipsi vestrae Serenitati, tum etiam toti inclytæ  
5 Reipublicae. Nobilissimus eques Franciscus Vendramenus quod sibi  
fuerat iniunctum accurate peregit; meque de propensa voluntate Se-  
renitatis vestrae erga meam personam pluribus verbis reddidit cer-  
tiores. Ego vero et ipsi oratori coram demonstravi, quanto studio  
flāgrem aliquam navandi operam in vestrae Serenitatis obsequium, et  
10 id ipsum absens hisce literis testatum esse volui. Deus Optimus  
Maximus Serenitatem Vestram ad istius antiquissimae, et gloriosissi-  
mae Reip.: utilitatem diu servet incolumem. Romae XII Januarii 1602.

Ser<sup>mae</sup> Celsitudinis V<sup>rae</sup>

Servitor

15 Card. Bellarminus.

Dux Venetiarum.

Ser<sup>mo</sup> D<sup>no</sup> Venetiarum Duci D<sup>no</sup> meo observand<sup>mo</sup> [cachet]

[Venezia. Archivio di Stato. Collezione Lettere Cardinali 1600-04.

Signat. augogr. ]